THE CANTERBURY AND YORK SOCIETY. DIOCESE OF LINCOLN. VOL. III

Published @ 2017 Trieste Publishing Pty Ltd

ISBN 9780649104024

The Canterbury and York Society. Diocese of Lincoln. Vol. III by F. N. Davis

Except for use in any review, the reproduction or utilisation of this work in whole or in part in any form by any electronic, mechanical or other means, now known or hereafter invented, including xerography, photocopying and recording, or in any information storage or retrieval system, is forbidden without the permission of the publisher, Trieste Publishing Pty Ltd, PO Box 1576 Collingwood, Victoria 3066 Australia.

All rights reserved.

Edited by Trieste Publishing Pty Ltd.
Cover @ 2017

This book is sold subject to the condition that it shall not, by way of trade or otherwise, be lent, re-sold, hired out, or otherwise circulated without the publisher's prior consent in any form or binding or cover other than that in which it is published and without a similar condition including this condition being imposed on the subsequent purchaser.

www.triestepublishing.com

F. N. DAVIS

THE CANTERBURY AND YORK SOCIETY. DIOCESE OF LINCOLN. VOL. III

Trieste

The Canterbury and York Society.

GENERAL EDITOR: REV. F. N. DAVIS.

DIOCESE OF LINCOLN.

VOL. III.

CANTERBURY AND YORK SERIES, VOL. IV.

Rotuli Hugonis de Welles,

EPISCOPI LINCOLNIENSIS,

A.D. MCCIX—MCCXXXV.

VOLUME III.

EDITED BY THE

REV. F. N. DAVIS, B.A.,

Rector of Crowell, Oxon.

100629
23/2/10

London:

ISSUED FOR THE CANTERBURY AND YORK SOCIETY

AT 124, CHANCERY LANE.

—

MDCCCCVIII.

NOTE.

THE pages contained in this volume complete the Rolls of Hugh de Welles. The work of preparing them for the press has been performed by the General Editor, who has received, and desires to acknowledge, much valuable assistance. The Rev. H. E. Salter, M.A., has kindly collated many of the transcripts with their original; Prebendary Hingeston-Randolph has read most of the pages in type, and, while detecting some errors, offered very useful suggestions, which, however, could only be followed as far as the plan of the work allowed. The Rev. W. O. Massingberd, M.A., examined the identifications of all the Lincolnshire names, and supplied many modern equivalents to the old forms—an undertaking only possible to one thoroughly at home in Lincolnshire topography. To each of these authorities thanks are offered for contributing to Volume III much of the accuracy and usefulness which it is hoped it will be found to possess.

CONTENTS.

Institutions in the Archdeaconry of Bedford	1
Ditto Ditto Huntingdon	33
Vicarages ordained in the Archdeaconry of Lincoln	55
Pensions, etc., granted by Bishop Hugh to the Regular Clergy	92
Institutions in the Archdeaconry of Lincoln	97
Index to Volume III	219

Archidiaconatus Bedefordie.

[*Ralph, chaplain, presented by the Prior and Convent of Merton, is instituted to a vicarage of five marks at St. Peter's de Merton, Bedford. A pension of two marks is annually due to the Convent, and is to be increased to five marks when the vicarage allows.*]

BEDEFORDE SANCTI PETRI.—Facta inquisitione per Magistrum S., Officialem Archidiaconi Bedefordie, super ecclesia beati Petri Bedefordie, per quam negotium fuit in expedito, Radulphus, cappellanus, ad presentationem Prioris et conventus de Meretone, admissus est ad perpetuam vicariam quinque marcarum in eadem ecclesia, et in ea canonice persona institutus, qui dictam ecclesiam tenebit nomine perpetue vicarie, reddendo inde ipsis Priori et conventui secundum statum presentem ipsius ecclesie duas marcas annuas nomine pensionis. Ita tamen quod si meliorari ceperit vicaria, crescat et ipsa pensio secundum augmentum meliorationis si fieri poterit usque ad quinque marcas, salva semper vicario integra porcione sua quinque marcarum ut predictum est. Et mandatum est dicto Officiali ut ipsum Radulphum juxta formam premissam in corporalem prefate vicarie possessionem inducat.

[*Richard, chaplain, presented by the representative of the Master of the Temple, is instituted vicar of Langford. One mark is annually due to the Templars. The vicarage is described.*]

LANGEFORDE.—Ricardus, cappellanus, presentatus per Fratrem Alanum Martell, gerentem vices Magistri Militie Templi in Anglia, ad vicariam perpetuam ecclesie de Langeforde, facta prius inquisitione per Magistrum S., Officialem Archidiaconi Bedefordie, per quam negotium fuit in expedito, ad ipsam, de assensu dicti Magistri per dominum Episcopum de novo ordinatam in eadem ecclesia, admissus est, et in ea canonice vicarius perpetuus institutus, salva fratribus Militie Templi una marca annua de predicta vicaria; que quidem vicaria consistit in altaragio prefate ecclesie et in omnibus spectantibus ad eam ecclesiam preter decimas garbarum et decimas provenientes de molendin[is], et preter terram ecclesie.

[*John de Winterborne, clerk, is instituted to the church of Chellington, in succession to Walter, preferred to Thrapstone.*]

CHELEWENTONE.—Magister Johannes de Winterborne, clericus, presentatus ad ecclesiam de Chelewentone, vacantem eo quod

Walterus, qui eam proximo possedit, suscepit post Concilium ecclesiam de Trapstone, facta prius inquisitione per Magistrum S., Officialem Archidiaconi Bedefordie, per quam, etc., admissus est et in ea canonice persona institutus. Et mandatum est dicto Officiali, etc.

[*Robert de Sivelesho, deacon, presented by the Prior and Canons of Dunstable, is instituted vicar of Pulloxhill. The vicarage is described.*]

PULLOKESHILLE.—Robertus de Sivelesho, diaconus, presentatus per Priorem et canonicos de Dunestaplia ad perpetuam vicariam ecclesie de Pullokeshelle, facta inquisitione per Magistrum S., Officialem Archidiaconi Bedefordie, per quam negotium, etc., admissus est et in ea canonice vicarius perpetuus institutus. Consistit autem dicta vicaria in toto altaragio illius ecclesie, in x acris terre, et in tertia parte decimarum garbarum totius ville, preterquam de feodo Willelmi Wiscardi et Henrici Buignum. Et mandatum est prefato Officiali, etc.

[*Stephen de Ekintone, presented by the Abbot and Convent of Ramsey, is instituted to the church of Shillington. The ancient pension is reserved to the Monks.*]

SETLINGDONE.—Magister Stephanus de Ekintone, presentatus per Abbatem et conventum de Rameseia ad ecclesiam de Sutlingdone, facta prius inquisitione per J., Archidiaconum Bedefordie, per quam, etc., admissus est et in ea canonice persona institutus, cum prius esset vicarius, salva dictis monachis debita et antiqua pensione de eadem. Et mandatum est dicto Archidiacono, etc.

[*Henry, chaplain, presented by the Prior and Convent of Dunstable, is instituted vicar of Studham. The vicarage is described. A pension of one mark is reserved to the Convent.*]

STODHAM VICARIA.—Henricus, cappellanus, presentatus per Priorem et conventum de Dunstaplia ad perpetuam vicariam ecclesie de Stodhame, ordinatam auctoritate Concilii, facta prius inquisitione per J., Archidiaconum Bedefordie, per quam, etc., admissus est et in ea canonice vicarius perpetuus institutus. Et consistit dicta vicaria in toto altaragio ejusdem ecclesie cum manso competente et continente circiter septem acras, salvis ipsis Priori et canonicis de prefato altaragio, una marca annua et agnis. Idem autem vicarius solvet sinodalia et canonici hospitium Archidiaconi procurabunt. Et injunctum est Archidiacono presenti, etc.

[*John, chaplain, presented by the same, is instituted vicar of Totternhoe. The vicarage is described.*]

THOTERNHO VICARIA.—Johannes, cappellanus, presentatus per eosdem ad perpetuam vicariam ecclesie de Thoternho, ordinatam auctoritate Concilii, facta prius inquisitione per Archidiaconum Bedefordie, admissus est cum onere et pena vicariorum, et vicarius perpetuus institutus. Consistit autem dicta vicaria in toto altaragio ejusdem ecclesie, et in redditu decem denariorum de terra Ricardi Godwer, et in medietate decime feni de tota parrochia. Vicarius autem solvet sinodalia, et canonici procurabunt hospitium Archidiaconi. Et injunctum est Archidiacono, etc.

[*Richard, chaplain, presented by the same, is instituted vicar of Chalgrave. The vicarage is described.*]

CHAUGRAVA.—Ricardus, cappellanus, presentatus per eosdem ad perpetuam vicariam ecclesie de Chaugrava, ordinatam auctoritate Concilii, facta prius inquisitione per dictum Archidiaconum, admissus est cum onere et pena vicariorum. Consistit autem ipsa vicaria in toto altaragio, et in duabus croftis et gardino que sunt juxta ecclesiam, quarum major que est ex parte occidentali continet in se quatuor acras, et minor crofta cum gardino assignabitur ei pro manso, scilicet que est ex parte australi. Vicarius autem solvet sinodalia, et canonici procurabunt hospitium Archidiaconi. Et injunctum est Archidiacono, etc.

[*Geoffrey, chaplain, presented by the same, is instituted vicar of Husborne Crawley. The vicarage is described.*]

HUSSEBURNE VICARIA.—Galfridus, cappellanus, presentatus per eosdem ad perpetuam vicariam ecclesie de Husseburne, ordinatam auctoritate Concilii, facta prius inquisitione per eundem, admissus est cum onere et pena vicariorum. Consistit autem dicta vicaria in toto altaragio cum crofta et prato ex parte australi. Vicarius autem solvet sinodalia, et canonici procurabunt hospitium Archidiaconi. Et injunctum est Archidiacono, etc.

[*Robert, clerk, presented by the same, is instituted vicar of Segenhoe (now a part of Ridgemont). The vicarage is described.*]

SEGENHO VICARIA.—Robertus, clericus, presentatus per eosdem ad perpetuam vicariam ecclesie de Segenho, ordinatam auctoritate Concilii, facta prius inquisitione per eundem, admissus est cum onere et pena vicariorum. Consistit autem dicta vicaria in toto altaragio, exceptis agnis qui Priori et canonicis remanebunt.